

## Petri hyspani

38

**Contrarie sunt vniuersalis affirmatiua z vniuersalis negatiua eiusdem subiecti et predicati. vt omnis homo currit nullus homo currit.**

**Hic** notificat primo ppōnes cōtrarias. z precedit opposito p̄traria cōtradictoria ideo qz ppōnes cōtrarie sunt eiusdē quātitaris. nō autē contra dictorie. sed idem est ante diuersum **Dicens.** Cōtrarie sunt vltis affirmatiua z vltis negatiua eiusdē subiecti z predicati. vt omnis homo currit. nullus homo currit. Pro quo p̄siderandum est. qz ppōnes cōtrarie debent esse eiusdem subiecti z eiusdem predicati quo ad tria. Primo quo ad vocem. quare iste non sunt cōtrarie. omnis homo currit. nullum risibile currit. Secūdo quo ad significatōnem. id est qz subiectū z p̄dicatū debent vniuoce teneri z nō equiuoce. ergo iste nō sunt cōtrarie. omnis canis currit. nullus canis currit. qz canis equocat. Tercio quo ad supposita. i. subiectū et p̄dicatū debent teneri eque stricte z eque ample. z h̄c iste nō sunt contrarie. omnis hōi nō est albus. nullus homo fuit albus.

**Queritur** Quot cōditiones sunt ad hoc requisite qz aliquę ppōsitiones sint cōtrarie. **Responsum** qz quatuor. Prima est qz vna earū sit affirmatiua z alia negatiua eiusdē subiecti z p̄dicati. Secūda est qz aliqd sit distributū in vna z in alia. z p̄ hoc differt oppō p̄traria a p̄tradic-toria. quia in illis nihil idem distributū est in vtraqz. Tercia est. qz omne distributū in vna sit distributū in alia. p̄pter qd ille non cōtrariant. cuiuslibet hominis almus currit. cuiuslibet hois asinus non currit. Quarta est qz ambe sint vniuersales formaliter vel equiuoalenter.

**Ad** omnia p̄traria sunt forme actiue z passiue ad inuicē. sed ppōnes non sunt forme actiue z passiue. ergo nō sunt p̄trarie. **Responsum** qz duplicia sunt cōtraria. scilicet siue terminoz z ppōsitionū mō p̄traria rerū sunt forme actiue z passiue ad inuicē. sed nō ppōsitionū.

**Ad** In istis ppōsitionibz omnis homo currit. nullus homo currit. ter mini non accipiuntur eque ample z eque stricte. ergo non sunt p̄trarie. **Ans.** p̄batur. qz in prima ppōne homo stat pro viris z mulieribus. et in secūda stat pro viris tm̄. **Responsum** qz ille ppōnes non sunt cōtrarie gratta si significatōnis z sermonis. vt p̄bat argumentū. s̄z virtute vsus accipiuntur vt p̄trarie. **Et** p̄prie loq̄ndo iste sunt cōtrarie. omnis homo est albus. nullus hō est albus. qz ibi terminent eodē mō rōne illius adiectiui albus. qz sensus est omis hō est albus. nullus homo est albus. i. omnis homo masculus est albus. z nullus homo masculus est albus. Sed alij dicunt. qz ibi nullus non accipitur vt con-significat distinctū genus. sed absoluitur a genere et ideo distribuit tam pro viris q̄z pro mulieribus.

**Subcontrarie sunt particularis affirmatiua et particularis negatiua eiusdem subiecti et predicati. vt quidam homo currit. quidam homo non currit.**